

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XX. continens Regula II.
pertinentes ad doctrinam. Veri et Falsi

urn:nbn:de:bsz:31-102400

modo ignis & corpus animalis extenduntur. Hic certe perspicitur, contractionem in posteriori casu non opponi extensioni.

XIX. Ad illud §. VII. de malis & bonis operibus respondet Philippus Melanchton *Lib. IV. Di. ul. de contrario sensu. Contraria; ad quæ consequantur alia contraria, debere esse paria.* Nam ad calorem intensum & frigus remissum non sunt contraria consequentia. Et per hoc non sequitur: *Malæ opera damnant. E. bona justificant.* Non enim sunt paria bona & mala opera, cum hæc sint perfecte mala, illa autem imperfecte bona.

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XX.

continens

REGULA II.

pertinentes ad doctrinam.

VERI ET FALSI.

Proposuimus hætenus Titulos qui concernunt unum & multa, atque ea, quæ conveniunt rebus ratione unitatis & multitudinis, sicut ex suprâ dictis constat. Quia ergo alia duo entis attributa, nempe *verum*, cui *falsum*, & bonum, cui *malum* opponitur, in primâ Philosophiâ post doctrinam unius considerari solent, id eò & nos, quæ de iis notanda sunt Regulæ, proponemus.

RE-

Ab eò, q
ve

I. N
les simpl
jecto exi
enim ab
positio(
est sive n

II. P
impræse
identita
significa
non esse
statem.
lem: ita
falsum i
rum dic
mar, &
tem, quo
do est au
hoc enim
nos put
percedã,
dicimus
quit, e

REGULA I.

Ab eò, quod res est vel non est, oratio dicitur vera & falsa. Aristoteles in Categ.

Substant.

I. Nominales negant, propositiones essentialis simplices affirmativas esse veras, nisi re sive subiecto existente, & utuntur hęc locò Aristotelis. Si enim ab eò, quod res est seu existit, oratio vel propositio (affirmativa) est vera, sequitur, quando non est sive non existit, non esse veram.

II. Pro explicatione Regulæ sciendum, rò esse impræsentiarum non significare existentiam, sed identitatem seu compositionem rei per prædicatum significatæ, cum re per subiectum significatæ, & rò non esse significare earundem divisionem vel diversitatem. Habemus interpretem ipsum Aristotelem: ita enim ille IX. Met. c. XII. t. 21. Verum aut falsum in rebus est componi aut dividi: itaque verum dicit, qui id, quod divisum est, dividi existimat; & quod compositum, componi. Falsum autem, quod contrariò modò se habet, atque res, quando est aut non est, quod dicitur verum aut falsum: hoc enim considerandum dicimus. Neque enim quia nos putamus, te verè album esse, tu albus es, sed propterea, quod tu albus es, nos, qui hoc dicimus verè dicimus. Et paulò post: Atque esse quidem, inquit, est componi ac unum esse, non esse, non com-

Lll 3 pos

RE.

poni, sed plura esse. Quid clarius dici posset pro explanatione Regulae nostræ? quid evidentius in ipso Aristotele, quam τὸ εἶναι non significare existentiam, ne τὸ non esse negationem existentiam, sed illud quidem compositionem vel identitatem, hoc verò divisionem vel diversitatem exprimere?

III. Quod igitur Aristoteles in prædicamento Substantiæ dixit: τὸ πρῶτον εἶναι, rem esse, id in modo citatis verbis explicat per τὸ συγκεῖσθαι ἕν εἶναι, per componi aut idem esse (quod est, ea, quæ per subjectum & prædicatum significantur, componi & idem esse) (& quod dicit τὸ πρῶτον μὴ εἶναι, rem non esse, explicat per τὸ διακεῖσθαι ἕν μὴ συγκεῖσθαι, ἀλλὰ πλεον εἶναι, per dividi & non componi, sed plura esse, quod est ea, quæ per subjectum & prædicatum significantur, non coherere nec idem esse.

IV. Sensus igitur Regulae est: *Orationem affirmativam*, quæ significat compositionem & identitatem inter prædicatum & subjectum, esse veram ex eo, quod illa identitas seu compositio est in re ipsa seu objecto; *falsam autem ex eo*, quod illa identitas seu compositio non est in re seu objecto. *Contra negativam enunciationem*, quæ significat divisionem & negationem identitatis inter subjectum & prædicatum, esse veram ex eo, quod illa divisio est in objecto, h. e. quod in re ipsa unum non est aliud, *falsam autem ex eo*, quod divisio non est in objecto, sed *identitas*. Quod nihil aliud est, quàm quod vul-

gd

gò dicitur
cum obje
discrepan
V. E
lum, qu
esse, siq
Sic inter
Si, cu
int
cu
qu
Sed p
E. C
Conseq
sequent
onem n
est; atq
sed ab e
per præ
dem, V
ex eo, q
per subj
catur, n
non est t
lapis no
eo, c
nec ide
alibi p

gò dicitur, *veritatem esse conformitatem orationis cum objecto: falsitatem autem esse difformitatem seu discrepantiam orationis ab objecto.*

V. Ex quibus patet, fundamentum Nominalium, quod in Regula præfati collocant nullam esse, siquidem ipsi *esse* pro *existentiâ* accipiunt.

Sic interim argumentor:

Si, cum dicit Aristoteles, rem esse, nihil aliud intelligit, quàm rem existere, sequitur etiam, cum dicit, rem non esse, nihil aliud significare, quàm rem non existere.

Sed posterius est absurdum.

E. & prius.

Consequentia est manifesta. Absurditatem consequentis probo, quia Aristoteles vult propositionem negativam esse veram ab eo, quod res non est; atqui non est vera ab eo, quod res non existit sed ab eo, quod id, quod per subjectum, & id, quod per prædicatum significatur, non sunt unum & idem, V. g. si dicam: *Homo est lapis*, falsum est, non ex eo, quod res non existit, sed ab eo, quod id, quod per subjectum, & id, quod per prædicatum significatur, non sunt unum & idem. Sin dicam: *Homo non est lapis*, verum est non ex eo, quod homo vel lapis non existat, (uterque enim existit) sed ex eo, quod homo & lapis inter se non coherent, nec idem sunt. Sed de sententia Nominalium, alibi plura. Vide interim Fonseca *V. Met.*

cap. V. q. 1. Suarez disp. XXX. f. XII. §. XXXIII. & seq. Raphael. Averlam q. IIX. Philosophiæ f. IV. concl. II. & alios.

VI. Est autem magnus hujus Regulæ usus. Docet nimirum, judicium de veritate & falsitate, non esse desumendum à subjecto, seu ab autoritate, aut qualitatibus dicentis, sed ab objecto, & ex eò, quod oratio rei conveniens est, vel non est. Quod probè notandum est contra eos, qui olim docuerunt, *omne, id, quod non renatus de Deo & lege ejus dicit, ut si dicat, Deum esse justum, sapientem, creatorem cœli & terræ, mendacium esse, licet verum sit, cum à renato profertur.* Cùm enim hîc renati & non renati oratio eadem sit, objectum etiã planè sit idem, & eòdem modò se habeat, non potest unius oratio falsa alterius vera esse. Et dic quærò, cùm non renatus dicit; *Deum esse justum*, resne ita sit, nec ne? Negare non potes, nisi Deum per summam blasphemiam injustitiæ velis accusare. Quod si res ita est, sequitur, orationem ejus veram esse, quod ab eò, quod res est vel non est, oratio vera vel falsa dicatur. Quò perinet, quod Aristoteles *IV. Metaphys. c. VII. ait, dicere id, quod est, non esse, aut quod non est, esse, falsum est, id autem, quod est esse, aut quod non est, non esse, verum.* Videantur p̄ura hâc de re apud Grawerum *de simpl. & unic. verit.*

VII. Dicis: Sacras literas veras esse credimus, propterea, quod à Deo sunt profectæ. E Judicium

dicium
centis, &
IIX. I
dicit, for
jecto cor
& menti
esse, quoa
ter per h
uti loqu
quod à D
& infalli
nre, seu

I. U
detur,
non con
terrâ, &
piper esse
ad Cann
nec diffi

II. I
telligi:
dico pro
citer tan
ne & di
re ejusd
quis dic

dicium de veritate licet sumere ab autoritate dicentis, & ideo aliquid verum est, quia Deus dixit.

IX. Resp. Sacra Scriptura, & quicquid Deus dicit, formaliter verum est ex eò, quod cum obiecto convenit; quia autem Deus ipsa veritas est, & mentiri nequit, ideo dicimus, *aliquid verum esse, quod à Deo sit prolatum*, non quod formaliter per hoc verum sit, sed id intelligitur *arguitur*, uti loquuntur Scholastici, quia nimirum ex eò, quod à Deo aliquid pronunciatum est, certissime & infallibiliter colligitur, id cum obiecto convenire, seu rem ita se habere, sicut dictum est.

REGULA II.

Verum vero consonat.

I. Usitata hæc est propositio. Sed obflare videtur, quod propositiones de materiis diversis non consonant. Ut si dicas: *Solem esse majorem terrâ, & statum Romani Imperii esse mixtum, aut piper esse calidum, & Hannibalem vicisse Romanos ad Cannas*. Hæc enim inter se nec consonant nec dissonant.

II. Dicendum, Regulam dupliciter posse intelligi: *positive & negative*. *Positive consonare* dico propositiones (nam verum & falsum simpliciter tantum in propositionibus, seu compositione & divisione intellectus sunt) quæ planè aut ferè ejusdem sunt sensus: quomodo consonant, si quis dicat, *definitionem converti cum definito, alius*

autem asserat, definitionem debere predicari de de-
finito, ita ut nec latior sit, nec angustior. Et hoc
modo non omne verū vero consonat, & hoc pro-
batur §. præc. Deinde *negativè consonare* dico i-
dem esse, quod, propositiones aliquas inter se non
dissonare, hoc est, sibi non contrariari aut contra-
dicere. Et hoc modo Regula est intelligenda. Et
ita consonant illa, de quibus §. I. h. e. nō dissonant,
nec unum alteri adversatur & contradicit, Et hoc
vult Aristoteles *cap. ult. lib. 1. 1. 1.* dum ait: ἀ-
ληθῆ ἀληθεῖ ὅτι εὐδέχεται ἐναντίας εἶχειν, non
contingit veram (opinionem) vera esse contra-
riam.

III. Dicis:

*Dua subcontrarie propositiones sunt oppo-
sita.*

*Dua subcontrarie propositiones possunt esse si-
mul vera.*

*E. quedam, qua possunt esse simul vera, sunt
opposita.*

IV. Sed responsio est in promptu. Negatur e-
nim major. Nempe dua subcontrarie non sunt
opposita, quia prædicatum in iis non intelligitur
de subjectō secundum eadem supposita: que-
madmodum cum dico: *Quidam homo est do-
ctus; Quidam homo non est doctus*, de diver-
sis hominibus intelligitur. Quā

de re vide a.

lios.

Reon-